

Franckesche Stiftungen zu Halle

Otto Ludewig von Eichmann ... Königl. Preuß. Geheimenraths auch von verschiedener gelehrten Gesellschaften Mitgliedes Sammlung kleiner Abhandlungen ...

Eichmann, Otto Ludwig

Halle, 1782

VD18 14445522

XXI. Otto Ludov. De Eichmann, Potentissimo Prussorum Regi A Consiliis
Sanctioribus, Academiae Director, Facultatis Iuridicae Praeses Et Hoc Tempore
Decanus, De Praediis, Quae Dwer Nachts-Güter ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

<http://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-106504-urn24002-p0100-8>

XXI.

OTTO LVDOV. DE EICHMANN,
 POTENTISSIMO PRVSSORVM REGI
 A CONSILIIIS SANCTIORIBVS, ACADE-
 MIAE DIRECTOR, FACVLTATIS JVR-
 DICAE PRAESES ET HOC TEMPORE
 DECANVS, DE PRAEDIIS, QVAE *Dwer*
Nachts-Güter DICVNTVR, PRAEFA-
 TVS, SVMMOS IN VTROQVE JVRE
 HONORES PRAENOBILISSIMO ET DO-
 CTISSIMO ARNOLDO JOSVAE JOAN-
 NI ALBERTI MOSA - TRAJECTINO
 CONFERENDOS INDICIT. EDITIO
 SECVNDA AVCTIOR.

§. 1.

De praediis, quae dicuntur *laß-Güter*,
Curmeden, *landsiedeleien*, *Meiergüter*,
 uti et de *Schillingshauerrecht* ac de locatio-
 ne perpetua, a *Ludewig* data opera quidem
 egit ^{a)}. Verum majorem diligentiam adhi-
 buit *Frider. Carol. Buri*, qui non solum do-
 ctrinas beati a *Ludewig* emendavit, sed et plu-
 rimum aliorum praediorum naturam et indolem
 exposuit ^{b)}. Nihilominus tamen nonnulla
 vel

^{a)} In Libell. de jure clientelari Germanor.

^{b)} Vid. Ausführliche Erläuterung des in Teutsch-
 land üblichen Lehnrechts.

vel tantum tetigit, vel silentio plane praeteriit ^{c)}).

§. 2.

Praediorum, quae Dwer Nachts Güther vocantur, Buri tantum mentionem fecit ^{d)}). Hanc ob causam vero in re hac obscura

c) Huc pertinent v. g. die Koosguder. Sed vid. *Felmann de jure in re* pag. XXXIV. XXXVII. et XXXVIII. Orloofs Güter, quorum praediorum mentio injicitur in *Msc.* quodam von Läten Güthern et in *Felmann jure in re*, überschlagende Güter, Wildvoorster, Goeder, Matth. de Nobilit. pag. MLXVII. Silet et de Wigebolds-Güthern. Saltem haec nomina c. l. non occurrunt. Sed iis hoc tempore immorari nequeo.

d) Vid. Ausführliche Erläuterung des in Teutschland üblichen Lehnrechts Num. XV. pag. DCCCXXIX. ubi haec tantum de ejusmodi praediis observavit. Es gedenkt solcher Herr Pottgießler de statu servorum pag. DCCXXI. nur dem Namen nach, und weil ich weiter nichts davon gefunden, so muß ich mich vorjeto mit der blossen Anführung begnügen. Adde pag. 1316. Verba Pottgießl. vero Lib. IV. §. VII. pag. cit. sunt: Istaе vero restrictae manumissiones atque aliae causae supra recensitae innumeras fere libertorum, praecipue agrestium, pepererunt formas. Quaecumque enim dominus legem, si modo honestati non esset adversa, manumissioni apposuerat, illa habebatur licita et rata. Inde manarunt Lidi pleni, Lidi minus pleni, Tri-

seura periculum facere, apud animum constitui^e).

§. 3.

Conjicit *Celeberr. Ayrer*, quod forsitan servitium possessorum praediorum, quae *Dwer - Nachts - Güther* dicuntur, in excubiis duarum noctium constiterit, et quidem ob

*Tributarii, Biduani, Triduani, Quotidiani, Novales, Censuales, Curmedales, Capirales, Servitores, Coloni, Hubarii, Cidelarii, Lassi, Bargildi, caeteri. Hinc tam ingens praediorum, a modo ea habendi, enata est diversitas, veluti: Hobs - Güter, Schillingsbauer - Güter, Landsideley - Güter, Dinghöfe, Kaellnbofe, Schupf - Leben, Lasse - Güter, Stock - Güter, Dwer - Nachts - Güter. Nil vero dixit de hominibus propriis, qui Gottes - Lehn dicuntur, et advocato necessario hominum propriorum, qui *Beystand* vocabatur. Sed vid. *Christ. Gottlob Haltius Glossarium Germanicum medii aevi* pag. DCCXLV. et CLXVII. de rusticis vero, qui *Lausten* audiunt, *Iust. Henning Boehmer in Diurn. Halensib.* MDCCXXXIII. N. XLIII. egit.*

- e) Jam *Illustr. Georg. Henric. Ayrer*, reipublicae litterariae decus optimum maximum, in literis MDCCCLXVII. ad me datis, suavit, ut hoc argumentum impeditum illustrarem, felicem successum precatus est, et conjecturam de iis simul communicavit. Expectavi hanc ob causam tempus opportunum ac utor occasione, quae mihi offertur.

ob etymologiam f). Aliorum conjecturam adjicio, ut veritas fortasse magis magisque elucescat. Opinatur *Haltaus* g) *Ower = Nachts-Güter*, quorum *Pottgiesser* mentionem injecit, esse bona censitica, quae ad centum ipsa die statuta praestandum sunt obligata sub poena caducitatis, si vel nox intercesserit. Addit: *Quernacht* apud *Westphalos* est spatium legitimae citationis, et more ac stylo veterum judiciorum legumque est nox intercedens, nox intermissa, q. d. nox transversa, quia id, quod inter duo puncta intercedit, proprie transversum dicitur et translate spatium illud, quod inter duo momenta temporis intercedit. Et hanc ob rem est allegoria a loco ad temporis spatium translata. Ueber *quer Nacht* est postero die, vel crastina luce h).

§. 4.

f) Verba sunt: Die *Ower Nachts-Güter* sind mir ganz unbekant; ich vermuthe aber aus der Etymolog. daß es vielleicht solche sind, wovon der Besizer dem Gutsherrn zwey Nächte Wachen thun muß.

g) Vid. *Glossar. pag. MCCCCXCV. et MCCCCXCVI.*

h) Provocat *Haltaus* ad *Ordinat. Vetust. Ravensbergens. apud Meinders de judic. centenar. pag. 281. Ordinat. Faemic. Osnabrug. in Mascov. Notiz. judiciorum Brunsvicens. in Append. pag. 108. Codic. Jur. Hamburgens. ap. de Westphalen T. IV. p. 3016. N. 5. ad Statut. Stadens. in Du. de Senckenberg. Select.*

tra triennium, in ecclesiastica autem intra biennium non soluto ea ipso jure amittitur ⁱ⁾), nec judicis sententia expectanda, nec emphyteuta moram purgare potest ^{k)}) offerendo canonem, nec dominus juri suo renunciassetur, si post triennium canonem accipit ^{l)}). Dantur vero adhuc hodie praedia emphyteutica ad modum Juris Romani concessa, dantur et quae partim ad modum Juris Romani, partim Germanici possidentur ^{m)}). Quia tamen emphyteuta variis oneribus in Germania obnoxius est, usus multa temperavit

secund. Stat. Bremens. Cap. IV. §. II. pag. XXVII. Versuch einse Dremischen und Niedersächsischen Wörterbuchs 1. Th. S. 282. Dweer - nacht. Bey uns ist es eine Zeit von zween Nächten, weil die Alten gewohnt waren, bey Nächten und nicht bey Tagen zu zählen. Die Hure geben aber de Dvernacht Stat 47. innerhalb 48. Stunden die Miethe bezahlen. Andere erklären es durch eine Zeit von 2. Tagen, zwischen welchen nur eine Nacht gleichsam in die Quere kommt. S. Stat. Stadensf. p. 103. edit. Goetting. 1766.

i) L. II. C. de jur. emphyz. Nov. VII. Cap. III. §. II.

k) L. II. C. cit. et II. C. de fund. patrim.

l) Auth. Qui rem C. de SS. eccles. Nov. CXX. Cap. VIII.

m) Perillustr. Jo. Georg. Eistor Deutsche Rechtsgelehrs. 2. Th. §. 4482. 4500.

ravit ⁿ⁾). Inde et census mora crescentes in quibusdam locis potius invaluerunt ^{o)}). Ex Documentis huc pertinentibus sine dubio natura et indoles horum praediorum optime explicari posset. Sed destitutor iis, et quanvis id haecenus egerim, ut ejusmodi diplomata tenerem, tamen inanem operam sumi.

§. 5.

Reliquum est, ut commendetur *Vir Praenobilissimus Arnoldus Josua Joannes Alberti*, qui natus est Trajecti ad Mosam d. XXVI. Aug. A. MDCCXLIII. Concessit ei Providentia Divina egregias ingenii dotēs, quarum ope, nec non singulari diligentia, maximos in jurisprudentia fecit profectus. Adiit ordinem nostrum, summos in jure ambiens honores. Admissus est hanc ob rem ad utrumque examen, nostraeque

§ 2 ex-

n) *Conf. Cap. ult. X. de locat. et Jo. Gottl. Heineccii Elementa Jur. Civil. secund. ord. Pandectar. Lib. XIX. Tit. II. §. CCCXXXIII. et Not.*

o) De quib. vid. *Beier de censibus promobilibus. Ayrrer Diss. de censibus mora crescentibus. Diurn. Brunsvicens. An. MDCCXLVII. Num. VII. Ejusmodi census in Westphalia, Hildesiae, in Episcopatu Hildesienſi, ac in Ducatu Bremensi viget. Ayrrer Diss. cit. §. XXVIII. et XXIX.*

expectationi satisfecit et hinc jam voti sui
compos est reddendus. Postquam itaque
de singularibus quibusdam circa Jus Devo-
lutionis ex Recessibus Civitatis Mos. Traject.
et quidem, uti petiit, sine Praeside disputa-
vit, *Collega noster amantissimus Friederic.*
Gothofr. Schlegtendal, Jur. Doct. et Prof.
Publ. Ord. Celeberr. Jura et Privilegia Do-
ctoralia ipsi largietur. Quae solemnia, ut
Rector Academiae Magnus, Curator
Ampliff. et Consultiff., Proceres reipubli-
cae utriusque, Cives, Hospites, Literarum-
que Fautores praesentia sua condecorare,
ne dedignentur, obnixè rogo. P. P. Teu-
toburg. ad Rhen. d. XXX. Aug. MDCCLXX.
